



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Rituale seu Pastorale Romanum commendatur, ibid.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

gulis, quos concernit, obseruari Cære-
 moniale Episcoporum, omnibus Eecle-
 sijs, præcipuè autem Metropolitanis,
 Cathedralibus & Collegiatis perutile
 ac necessarium; quodque magno labore
 & industriâ emendatum ac reformatum
 fel. rec. CLEMENS Octauus huiusce
 nominis Papa in vniuersali Ecclesiâ per-
 petuò seruari districtè mandauit. a
 a fel. rec. Clement Papa 8. Constit. 68. Bull.
 20m. 3.

1. Interest ad Catholica religionis digni-
 tatem & vnitatem seruandam, vni-
 formitatem cæremoniarum in Sacra-
 mentorum ministracione adhiberi.
2. Pastorale seu Rituale Romanum com-
 mendatur.

XLI. Multum etiam interest ad Ca-
 tholicæ Ecclesiæ vnitatem seruandam,
 promouendamque Christifidelium pie-
 tatem, & aduersariorum confusionem,
 cæremonias & ritus Ecclesiasticos in
 Sacramentorum ministracione eisdem
 vbiq̃ue adhiberi; ideoque Ecclesiæ Ro-
 manæ cæterarum Capiti atque Principi
 reliquas cõformari. Quare operam dare
 debent

debent Parochi, & alij Ecclesiæ Mini-
stri, ut ea, quæ ex antiquis Catholicæ
Ecclesiæ institutis, sacrorumque Cano-
num & Summorum Pontificum Decre-
tis, de Sacramentorum ritibus atque cæ-
remonijs Rituali Romano præscribun-
tur, calleant, quâ par est diligentia ac re-
ligione ubique fideliter obseruent, & cū
decore ac populi ædificatione exercent,
iuxta præceptum Apostoli, *omnia hone-
ste & secundum ordinem fiant*: a Id autem
vel eò magis inculcamus, cum Sacro-
sancta & Oecumenica Tridentina Sy-
nodus decreuerit. *b Quod Si quis dixe-
rit, receptos & approbatos Ecclesia Catholi-
ca ritus, in solemnibus Sacramentorum admini-
stratione adhiberi consuetos, aut contemni,
aut sine peccato à ministris pro libito omitti,
aut in novos alios per quemcunque Eccle-
siarum Pastorem mutari posse, anathema sit.*
a 1. Corinth. 14. 40. b Conc. Trid. sess. 7. de
Sacram. in genere can. 13.

Nemo ad Parochialem Ecclesiam, aliud-
ve beneficium curatum promoueatur,
admittatur vel instituatur; nisi præ-
uio examine Ordinarij Diocesani, ap-